non omnibus probaretur. Et cujus occi- 17.
pitio hæc hujus Linguæ indisposité tradita NB ursprüngl. indisposita; corrigirt.
dispositio non quadret: quippe inter cæ-
teras hujus Linguæ calamitates et hæc.
non mediocris est, quod quilibet eam
secundum sui cerebri frigidum humorem
temperare præsumat; et quod sub ipsius
cranio non resideat, obsoletum et nescio
cujus novæ inventionis portentum re-
pudiet ac caviletur; licet aliquid me-
lius et communi usui magis consonum
è suâ penuriæ perâ substituere nesciat:
is aut hæc approbet, aut dilucci-
diora proferat, (miror cur hucusque ea
distulerit?) aut Linguam, si penes ip-
sum steterit, penitus exterminet. Non
enim hîc ego ex omni parte et multo NB sic!
studio absolutam Grammaticationem
produco, vel aliquem evanidæ vanitatis
applausum quæro: sed sinceris, duntaxat
in Patria Amicis, quorum in hac candoris